



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

§. 6. De Iudæis, Mauris, aliisque infidelibus non baptizatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

# 400. De modo iudic. proced. in causis fidei.

## §. V.

De reo adorante dämonem seu de lamiis,  
vulgò Bruxas.

- 1 Qui adorat dämonem, prater bonorum confiscationem, alia penas incurrit.
- 2 Ad horum caputrum liquidiiores probationes, quæm in aliis delictis requiruntur.
- 3 Si ipsi rei se detulerint, ad reconciliationem secretam admittantur.
- 4 Quando abusio ad cauelam, & abiuratio commissariis remittatur.

**S** exhibeat cultum dämoni, ex affectu illum reverendi absque intellectus errore, eti hereticus non sit, quia tamen est verus idolatra, incurrit prater bonorum publicationem, alias penas aduersi häretici latas, & extraug. Ioann. XXII, que incipit, *Super illius specula*, quamque ad verbum referit Pagna direct. inquit. s. p. 9. 43 post n. 9. etlo aliqui dicant vnu non esse receptam. Quod si reveretur dämonem ex mente vel auctoritate, vel ex alio affectu, supradicta pena excommunicationis non incurrit, quia non est verus idolatral. Sanch. lib. 2. in Decal. cap. 7. num. 10.

**A**d horum caputrum grauissima indicia, & probationes liquidiiores, & clariores quæm in aliis delictis requiruntur ob periculum falsitatis, quod experienti teste compertum est. Quapropter ex depositione præcisa compicium, qui de aliquo tellatur ad nullum in conuentu, & congregatione lamiarum adorantium dämonem, ibique adorasse, non capitur reus, quia sapè ex illo dämonis, aliqui probata virtus in hoc conuento apparevit, & videtur, cum tamen vice non appareat. Item sapè existimat lamias corporaliter apparet, cum solum in representatione adfert sic Farin. q. 185. n. 152. fine. & q. 188. n. 76. ver. 3. si ex deposit. Quapropter nullum cum illorum depositione cōst̄ sumit de aliquo actu exteriori v.g. de nece aliquius homini, vel aliquo animali, vel apud testificium apparente aliquia vnguenta, & animalia immunda, neempti bufones, & angues ex quibus vñemis praesumptio delicti oratur, nunquā capitare traditur, iuxta quandam Madriliana instructionem, quæ est 15. & 20. circa lamias, editam anno 1612. occasione cuiusdam actus publici Logronensis initate celebrati, in quo plures condemnati sunt, & poena contemptu plures fallacieis in condemnatione adfuerit, ob quas bona corum, qui ibidem dannati sunt, filio addicta non fuerunt neque corum sententia Ecclesiæ fuerunt affixa, & infra reconclitati, declarati fuerunt habiles culibet Inquisitionis officio.

**S**i huiusmodi lamias lempias detulerint, & fasile fuerint dæ noncum adorasse, illuc creditur, & à nostra fide verè & ex animo apostolata, ad reconciliationem admittantur secretam, iuxta practicam inquisitionis Hispanie, neque corum bona confiscatur, nequæ habitus penitentialis eis imponitur, habetur in instructione Madriliana 14. edita anno 1613. Quod si haec post hanc aborationem relabuntur, eti de rigore iuriis tanquam relatio brachio seculari tradenda essent, nihilominus in Hispania, iuxta instructionem supradictam, & alijs inquisitionis Logronensi remissas ad reconciliationem admittantur bis, & ter. Si autem hi delinqüentes in minori aetate, v.g. ante 12. vel 14. annos deliquerint, solum ad cauelam absoluuntur, esto in aliis delictis; si fuerint dol capaces absolutio absoluere concedatur, iuxta supradictam instructionem.

**V**erum si hi delinqüentes, & spontaneè confitentes fateant tantum adfuerit in conuento, & congregatione lamiarum adorantium dämonem, absque apostolata à fide, tunc abolatio ad cauelam, & abiuratio commissariis remitti solet.

## §. VI.

De Iudeis, Mauris, alijque infidelibus non baptizatis.

- 1 Si nostram fidem, & religionem directe offendant, iudicibus fidei tradanur puniendi.
- 2 Idem est, si contra nostram fidem, & suam delinquit.
- 3 Qui communiter reputatur baptizatus, & aduersus nostram fidem delinquit, puniatur.
- 4 Ab inquisitore simul cum ordinario puniendi sunt.

**A**licui viderit posse hos nequamam a iudicibus fidei puniri posse, quia sunt extra Ecclesiam: quod quidem solum verum est, quando aduersus itam legem, & non specialiter aduersus nostram delinquit. At cum sapè nostra religione offendat, iudicibus fidei ad quos pertinet illam custodire immaculatam, & à quibus contraria defendere subiecti sunt, ob hanc rationem colliguntur haec potestas, ex c. contra Christianos de heret. in 6. & ex extraug. Greg. XI. incipiente, *Admodum doliter audiimus*, & ex constitutione Greg. XIII. edita an. 1581. incipiente,

**A**ntiqua Iudorum improbitas, quæ referuntur à Pagna inter litteras Apothœticas, in fine direct. Quocirca si aliquis Iudeus, non baptizatus violat Ecclesias, faciemta contemnit, & inuidet, blasphemias in Christum inicit, pro qualitate criminis puniri debet. Item si persuaderet Christianos, ut fidem abnegent, & abe-gantes recipi, & abcondit, fauoriemque praetar hareretis, ne ab Inquisitorib, capiantur, tanquam fautorum hareretorum peniendus est, pena scilicet arbitria, fulgitationis tritemis, exi- pecuniae, necnon & alia atrociora, prout, Inquisitoribus vilum fuerit, etiam vsque ad relaxacionem: si habeatur exprelatio nuptadium decreter, & tradit Hippolytus Riminald. consim diners. 8. 3. n. 4. lib. 2. Campegi addit. ad Zanch. de heret. 29. n. 11. Rojas tr. de heret. 1. p. 557. & seq. Farin. q. 178. §. 6. n. 143. Eym. direct. 2. p. 9. 46. per totam. & ibi Pagna com. 71. & em. 69. ver. tertium est. & seqq. Azot. in instit. moral. 1. lib. 8. c. 22. rubr. de obstinate lucorum imperfida, q. 12. & alijs apud ipsos.

**M**ajor difficultas est, si Iudeus, & paganus in his, quæ sunt nostra, & lux fidei communis delinqunt, an tunc, ab Inquisitoribus puniri possit? si negat Deum esse, da mones adorant, jument, & sacrificia eis offerant, qua in re, eti aliqui contrarium affirman, omnino dicendum est, ab Inquisitoribus bus puniri posse, neque de hac re licet dubitare cum expresto dictum sit ex Greg. X. in dicta constitutione, incipiente, *Antiqua Iudorum improbitas*, vbi recententur casus, in quibus Inquisitores peccatum aduersus Iudeos, aliquo infidelite procedere. Et primo loco ponitur, de quo agimus in hac verba: Si quis Iudeus, aut infidelis in his, quæ circa fidem cum illis nobis sunt communia veluti, Deum, unum, eternum, omnipotentem, creatore omnium vivibilium, & inuisibilium, & simili non esse assertur, prædicauerit, vel priuatum alicui infirmari, Inquisitorum heretica pronuntiatio iudicio subiacebit, &c. Et ita notant, referentes supradictam constitutionem, Pagna ap. direct. q. 46. em. 71 post prie. Farin. q. 178. n. 146. Az. 1. p. lib. 8. c. 22. q. 12. Dida. Cantar. in fin. 29. crim. rubr. de her. c. 1. n. 72. Ratio est, quia si delinqunt nostram fidem oppugnant: & offendunt. Competit ergo iudicibus fidei eam defendere, & offensione punire, & melius offensione punitione aduadaciam aliorum repicare. Debet autem hec dicta in praetexta Chriftianorum fieri, ut si confitetur mōdo suo exemplo Chriftianas mouet, scilicet non videntur esse speciales offendit, & oppugnat fidei, neque locus defensionis Pagna dict. em. 71. ver. 46. ergo in fine. Omitto plures res & ratios, quibus haec doctrina impugnari potest: quia illisembus satisfact plene Eym. dicta. q. 46. De forma autem abiuratiois erroris, vide Pagnam supradict. comm. 71. in fine.

**R**ursum contingere potest aliquem baptizatum non esse. At in communio hominum est marione sic reputari quo inter Chriftianos nutritus est, qui quidem aduersus nostram fidem delinquit, eti hereticus non sit, tanquam hereticus est penitens, quia offendit religionem nostram quam exterius factem profetur: sic Farin. q. 17. P. 1. 35. Simane. catbol. inst. 31. rubr. de her. n. 5. Azot. 1. lib. 8. c. 9. 3. ver. 5. quare. Et iuxta hanc dictam Cæstrætagiæ anno 1619 quidam Mauritius, qui aduersus nostram fidem delinquit, recentier latuit est, etiam allegans baptismatum non esse, & eis causa confirmationem in libro sue poni-chi non fuit intentus scripsit.

**D**enique aduerte quores hi Iudei, & infideles puniendi sunt, ab Inquisitore simul cum ordinario puniri debet, neque posse vnum esse alio, iuxta Clem. 5. duro. de her. & Squalid. tract. de fide catbol. c. 46 ad fin. Veria 1. p. direct. q. 44. em. 79 in medio, ver. illud hic non est omittendum. Farin. q. 178. n. 147

## §. VII.

De fautoribus hereticorum impediens & vespantibus S. Inquisitionis officium.

- 1 Examinari debet, an fautor si factus heretico quia talis an quatenus amicus, vel consanguineus.
- 2 Idem est de impediens officium inquisitionis.
- 3 Quia sane sint iis imposita, & quia ratione contingit sanctum officium impediens.
- 4 Vspurani officium inquisitionis ab Inquisitoribus puniri pro qualitate causa.

**E**xacte investigandum est, an fautor praestitū sit hereticus, quatenus tales sunt, an solum quatenus sunt consanguini, vel amici: nam in uno calu contrahunt penas fautoribus impositas, videlicet excommunicationem, & alias abilio- trii iudicis imponendas, pro qualitate criminis, scilicet pecuniae, tritemis, fulgitationis, & similium, & de leui abominatione, cum de his suscepit in fide sermonem institutum. Mados cognoscendi, qui fautoris hereticorum sunt, recensit Farinacius quæst. 182. num. 10. Pagna direct. 2. p. 9. 53. comm. 7. ver. secundo, & seqq.

2. Idem